



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011860X

§. 24. Jerosolymitanus, & Aquilejensis Patriarchæ huic opinioni
obluctantes.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

§. XXIII.

Sæcul. XVI.
A. C. 1562.

*Mantuani Cardinalis sententia pro
concedendo Calicis usu.*

Hanc in rem paulopost Patrum congregatio habebatur, ut circa hanc Calicis concessionem cujuslibet opinio manifesta fieret, ac quidem Mantuanus Cardinalis, qui ceteris prior verba faciebat, persuadere nitebatur, quod posset, ac deberet Synodus his petitis annuere, ut Cæsar subditis suis merito objicere valeat illud Prophetæ Isaiæ: *Quid potui amplius facere vineæ mee, & non feci?* præcipue cum a Concilio Basileensi concessus fuisset usus calicis, ut Bohemi revocarentur ad fidem, ideo, inquebat, multo magis hic est concedendus a Tridentino, non solum ad hæreticos a suis erroribus revocandos, sed etiam ad Catholicos in fide orthodoxa retinendos.

Pall. c. 4. n. 2.

Isa. 4. v. 4.

§. XXIV.

Jerosolymitanus & Aquilejensis Patriarchæ huic opinioni obstantes.

Verum Ælius Patriarcha Jerosolymitanus adversam tuebatur sententiam, ac præmissa Ferdinandi, ejusque in Ecclesiam meritorum commendatione,

Pallav. n. 3. & 4.

ne,

Sæcul. XVI. ne, rei propositæ dissensit, hæc effatus
A. C. 1562 „validæ adhuc persistunt eædem causæ,
 „sæ, quibus olim ad illud Decretum Pro-
 „tres Constantienses permoti sunt: nec
 „ex concessionibus postmodum a Syno-
 „do Basileensi, & a Paulo III. factis ul-
 „lus fructus est decerptus: Georgius
 „quoque Bohemiæ Rex petiit a Pio II.
 „hanc legis relaxationem, missis per
 „præclaram legationem viris acceptis
 „Pontifici, qui ejusmodi postulato an-
 „nuere minus consultum fore censebat;
 „quapropter Rex ab ipso repulsam te-
 „lerat, ideo ipsa etiam Tridentina Sy-
 „nodus eandem agendi rationem te-
 „neat. „ Jerosolymitano pariter Aquile-
 „jensis Patriarcha assensit Daniel Bar-
 „barus ita perorans: „abs dubio opti-
 „mum Cæsar fovet animum, quamvis
 „idem haud sperare liceat ab iis, qui et-
 „dem hoc consilium inspirarunt; huic e-
 „nim errori quidam Petrus Dresden-
 „sis in Misnia Anno Christi millesimo
 „quadringentesimo decimo quarto ini-
 „tium dedit, qui publico libello, quod u-
 „triusque speciei sumptio esset ad salutem
 „necessaria, asseruit, huncque errorem
 „adjecit falsis Joannis Wicleffi doctri-
 „nis, eumque illico amplexati Joannes
 „Huffus, & Hieronymus Pragensis con-
 „cionibus disseminarunt, præcipue vero
 „Jacobellus pariter Misniensis idipsum
 „sparit,